Quelle: https://manuscripta.at/?ID=446
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



148

in sempiternum. et dauid seruus meus pn-
ceps eorum in perpetuum. et pcuciam illis
fedus pacis pactum sempiternum erit eis. et
et fundabo eos. et multiplicabo et dabo
sanctificationem meam in medio eorum in per-
petuum. et erit tabernaculum meum in
eis. et scient gentes quia ego dns sanc-
tificator israel cum fuerit sanctificatio
mea in medio eorum in perpetuum. Lxx.
et factus est sermo dni ad me dicens. et
tu fili hominis. assume tibi virgam
unam. et scribe super illam iudam et filios
israel qui apositi sunt ei. et virgam secundam
assume tibi. et inscribes eam ioseph
virgam effraim. et omnis filios israel qui
apposita sunt ei. et coniunges eas in
unum tibi in virgam unam ut complen-
eas. et erunt in manu tua. et erit
cum dixerint tibi filii israel loquentes
nonne indicas nobis. quid sint ista tibi
et dices ad eos. Hec dicit dns ds. ecce ego
assumam in tribum ioseph per manum
effraim tribus israel quas adiunctas sunt ei
et dabo omnes eos super tribum iuda et
erunt in virgam una (per una) in manu iuda. et
erunt virge quas inscripsisti sic in
manu tua coram eis. et dices eis.
Hec dicit dns ds. ecce ego assumam om-
nes israel de medio gentium ad quas in-
gressi sunt. et congregabo eos ex omnibus
qui in circuitu eius sunt. et inducam
eos in terram israel. et dabo eos in gente
unam in terra mea in montibus israel
et princeps unus erit omnium istorum
in regem. et non erunt ultra indua-
gentes. nec dividentur ultra in duo
regna. ut non polluantur ultra in idolis
suis et in offendiculis suis. et in omnibus
impietatibus suis. et eruam eos ex omnibus
iniquitatibus eorum in quibus peccaverunt.
et mundabo eos. et erunt michi in populum
et ego ero eis in deum. et seruus meus
dauid princeps in medio eorum. et pastor
unus erit omnium istorum. quia in pcep-
tis meis ambulabunt. et iudicia mea
custodient. et facient ea. et habitabunt
in terra sua quam dedi seruo meo iacob
ubi habitauerunt patres eorum. et habi-
tabunt in ea ipsi et filii eorum. et filii filiorum
eorum usque in sempiternum. et dauid ser-
uus mis. princeps eorum erit in perpetuum.
et disponam eis testamentum pacis. tes-
tamentum pacis testamentum sempiter-
num erit cum eis. et dabo eos. et multi-
plicabo illos. et ponam sanctam meam in medio
eorum in perpetuum. et erit tabernaculum
meum in eis. et ero eis ds. et ipsi erunt
michi populus. et scient gentes quia ego
sum dns. qui sanctificabo illos cum fue-
rint sanctam meam in medio eorum in perpetuum.
Regum narrat hystoria sub roboam
filio salomonis xii. tribus fuisse diuisas
et duas hoc est iudam. et beniamin cum
leuitis ac sacerdotibus secutas eum roboam
qui regnauit in ierlm. et regnum eorum ap
pellatum est iuda. alias vero x. tribus que
dixerunt. non est nobis pars in dauid. neque
hereditas in filio iesse hieroboam filio
nabath. de tribu effraim qui fuit filius
ioseph summisisse ceruices. et seruisse
ei. appellatasque ex magna parte populi
antiquo nomine israel. et multo tem-
pore regnum iuda. israel aduersum se ha-
buisse certamina. populisque paruisse re-
gibus. primasque decem tribus captas a assy-
riis. et post aliquantum temporis eas que